

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Ego autem et me saepe nova videri dicere intellego, cum pervetera dicam sed inaudita
2 plerisque, et fateor me oratorem, si modo sim aut etiam quicumque sim, non ex
3 rhetorum officinis sed ex Academiae spatiis exstitisse; illa enim sunt curricula¹ multipli-
4 cium variorumque sermonum, in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. Sed
5 et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxime orator est et
6 adiutus; omnis enim ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis est nec satis tamen in-
7 structa ad forensis causas, quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis relique-
8 runt. Sic eloquentia haec forensis spreta a philosophis et repudiata multis quidem illa
9 adiuventis magnisque caruit, sed tamen ornata verbis atque sententiis iactationem
10 in populo nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit: ita et doctis eloquentia
11 popularis et disertis elegans doctrina defuit.
12 Positum sit igitur in primis, quod post magis intellegatur, sine philosophia non posse
13 effici quem quaerimus eloquentem, non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuvet ut
14 palaestra histrionem; parva enim magnis saepe rectissime conferuntur. Nam nec latius at-
15 que copiosius de magnis variisque rebus sine philosophia potest quisquam dicere; - si
16 qui-
17 dem etiam in Phaedro Platonis hoc Periclem praestitisse ceteris dicit oratoribus Socrates,
18 quod is Anaxagorae physici fuerit auditor; a quo censet eum, cum alia praeclara
19 quaedam
20 et magnifica didicisse tum uberem et fecundum fuisse gnarumque, quod est eloquentiae
21 maximum, quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur; quod idem de
22 Demosthene existimari potest, cuius ex epistulis intellegi licet quam frequens fuerit
23 Platonis auditor; - nec vero sine philosophorum disciplina genus et speciem cuiusque rei
24 cernere neque eam definiendo explicare nec tribuere in partes possumus nec iudicare
25 quae vera quae falsa sint neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua
26 distinguere. Quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam orationi suppeditat
27 copiam, de vita, de officiis, de virtute, de moribus? Sine multa earum ipsarum rerum
28 disciplina aut dici aut intellegi posse?
29 Ad has tot tantasque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia; quae sola tum quidem
30 tradebantur ab eis qui dicendi numerabantur magistri; quo fit, ut veram illam et
31 absolutam

¹ **curriculum** = Rennplatz, Übungsplatz

29 eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi alia dicendi disciplina est et ab
30 aliis rerum ab aliis verborum doctrina quaeritur.

Frühjahr 1969

- 2 -

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Zu Beginn spricht der Autor über seine Entwicklung als Redner; wer ist der Schriftsteller?
2. Welche Hauptforderung stellt der Autor auf? hat er darin einen Vorläufer?
3. Welche - im Altertum übliche - Einteilung der Gesamtphilosophie spiegelt sich gegen Ende des Textes ab? Die Stellen sind kurz anzugeben.